



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. XV. Ordo Vallis-Scholarium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

am, ac Poloniam: cuius quidem supremus ac generalis Magister anno 1618. erat Illustrissimus & Reuerend. D. *Sbigneus Berca*.

Est in Bohemia & altera Cōgregatio Crucigerorum cum *Nauicula*, vt vocant: quòd pro tessera *Nauiculam* gerant.

CAPVT XV.

Ordo Vallis-Scholarium.

ANNO CIO. CC. XVIII. Honorius III. Pont. Max. anno Pontificatus sui tertio, ordinem *Vallis-Scholarium* confirmauit; quem *Guilielmus* quidam, natione *Anglus*, inchoauit, qui *Parisijs* scholaris fuerat, & postea in *Burgundia* scholis præfuerat, tandemque cum scholaribus suis ad eremum conuolauit, & formam viuendi suis, & sibi ex diuersis regulis elegit. Sic *Martinus Polonus* in *Chronico*. *Genebrardus* in sua *Chronologia* paulò distinctiùs dicit hunc ordinem, sub regula *D. Augustini*, sumpsisse originem in *Campania Gallica*, per *Guilielmum*, *Richardum*, *Euerardum* & *Manassem*, *Theologiæ Professores*. Huius ordinis monasteria *Belgica* sunt, *Mechliniense*, *Montense* in *Hannonia*, *Leuense* in *Brabantia*, & *Geronfaium* in *Comitatu Namurcensi*. Solent olim non nisi à *Prioribus* gubernari: nostra ætate *Montensi*, *Namurcensi* & *Leo-*

& Leodiensi monasterijs præfecti sunt Ab-
bates.

CAPVT XVI.

*Ordo Seruorum B. Mariae, anno 1233. in
Italia inchoatus, per VII. ciues
Florentinos, & mirificè au-
ctus per S. Philippum
Benitium.*

H Vnc ordinem instituerunt septem ciues
Florentini.

B. Bonfilius, ex clara Monaldorum familia,

B. Bonaiuncta, ex Manettis,

B. Manettus, ex familia Antella,

B. Vgucio, ex Vgucionia familia,

B. Alexius Falconerius,

B. Sosthenius, ex Melioribus, &

B. Amideus, ex Amidea familia.

Atque hi quidem septem ciues Florentini,
cùm in antiquo B. V. Mariæ fodalitio, Val-
densium cognomento, ad Assumptionis eiuf-
dem B. Virginis festum celebrandum de mo-
re conuenissent, dum sacra aguntur mysteria,
ita se interiùs rapi, & sanctissimæ Dei Gene-
trici famulandi desiderio incendi sentiunt, vt
Missâ peractâ, quisque focijs immissam inspi-
rationem patefaceret, omnesq; mundo vale-
dicere, & cæterarum rerum curâ abiectâ, ei-
dē sanctissimæ Virgini inferuire decerneret.